

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Nicodemi Frischlini Balingensis ... & M. Georgii Pfluegeri
Ulmani, Virorum Clarissimorum, Methodus Legendi
Historias Expedita, Nova, omnibus in Historia versantibus
opido quam necessaria**

**Frischlin, Nicodemus
Pflüger, Georg
Keckermann, Bartholomäus**

Lipsiae, 1630

Magnifico rerum us, dote summaria, pietate, fide ac humanitate
Excellentissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-107405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107405)



MAGNIFICO,

*Rerum usu, dote summa-
ria, pietate, fide ac humani-
tate Excellentissimo,*

Dn. PHILIPPO
SADLERO, SERENIS-
SIMO SVECORUM RE-
GI à Secretis,

*Dn. ac Mecanati Benignissimo
suspiciendo S. & servitia.*

Sapienter à Sophocle
in Ajace dictum est,
Magnifice Dn. Secre-
tarie, Mecenas Benignissime,
& multum suspiciendae; Gra-
tiam semper gratiam parere:

A 2 cui

cui verò acceptorum benefici-
orum memoria effluerit, cū
in bonis viris non esse haben-
dum. Memor hujus insignis &
gravissima sententia, quum
nuper in Borussia tam calido
amplexu sim peregrinus ego,
verè dico, insinuat, gratum
& devotum animum erga
Magnificentiam Vestram de-
misse declarare me par esse
duxi: non quidem pro Magnif.
vestra fortuna: sed, ut Ulysses
apud Alcinoium, nihil habens
quod rependeret, pro ingenti-
bus meritis vota & grates ob-
tulit; ita ego, quem cetera de-
stituunt, præter munera, mo-
dulamina hæc FRISCHLINI
ac PFLÜGERI historica Ma-
gnif.

gnif. Vestra humilimè conse-
crare, & volui & debui.

Accipiat itaq; hoc charta-
ceum munusculum M. V. be-
nignioreq; suscipiat fronte, ut
Artaxerxes Persarum Rex,
qui non tam donum, quam
donantis animum exosculatus
est; nec eos Dii aspernantur,
qui quum thura non habeant,
salsâ tantum molâ litant. De
reliquo Magnif. Vestra ad Ne-
storeos usq; annos valeat, su-
umq; sibi Jeremiam Clientem
& Ministrum promptissimum
commendatum habeat. Da-
bam Lipsia, d. Octob. 15. Anno
1629.

Magnificentiæ Vx.

Omni fide & obsequio abstictissimus

Jeremias Zexman Neuburg. Pal.

A 3

Coro-